



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 7. Moriens in cruce Christus eam ad tantum extulit gradum, vt ex stiau maxime vili & abteco, quo apud homines in mundo laborabat, digna reddita sit summa adoratione soli Deo conuenienti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

§. 7. *Moriens in cruce Christus eam ad tantum exaltis gradum, ut ex statu maxime vili & abiecto, quo apud homines in mundo laborabas, digna redita sit summa adoratioe soli Deo conuenientis.*

**L**egitima fuit illa declaratio quam proposuimus: sed existimo, verbum *Exaltatis*, quo Vates vtitur, profundum aliud completi mysterium, quo declarat idem, quo vtitur Christus Dominus dum ait: *Exaltari oportet filium hominis*. Apposuit dixit Propheta: *Et habitus signum in nascentibus*. Nihil in toto terrarum orbis ita vile, nihil ita abiectum, & execrabile nihil ac ipsa Crux, Confirmat hoc D. Paulus ex eo quod dicit, ipsam fuisse: *Iudaeis quidem scandalum, Gentilibus autem stultitiam*. Totus mundus duabus comprehendebatur nationibus Iudaeis & Gentilibus. In populo Iudaico ita contemptui habebatur, & execrationi: ut supercuncti censerent ignominiam, nec grauiorem iudicarent aduenire viro posse calamitatem, quam si in Cruce moretetur: vnde pronobium hoc erat familiare quod adducit Diuus Paulus ex ipsius Dei testimonio: *Maledictus à Deo qui pendet in ligno*. Cum aliquem videris in Cruce suspensum, illum iudica vt à Deo maledictum, & consequenter sentiam malorum flagitumque calamitatum, quae ex diuina maledictione sequuntur: sicut ex opposito maior nulla felicitas, quam Diuinam assequi benedictionem: *Benedictus Dominus diuinitas facit*. Notat D. Hieronymus aliter legi: *Maledictio Dei, qui appensus est*. Nudum crucifixus contemnitur vt à Deo maledictus, sed vt ipsa maledictio in abstracto, quod iuxta bonum Logicam, declarat quod in ipso, qui ad eam deueniebat locum, omnia essent mala, nihilque in eo notaretur, ob quod non maledicti mereretur. Hoc ipsum Textus manifestus exponit, in quo mandabat Deus, vt crucifixos eodem die deponerent, & terra recondierent, nec aere suspensio, relinquerent: de talibus enim timendum foret, tanis repletos esse vnde quaque sceleribus, vt aere ipsum inficerent, & mortiferam luem in populo prouocarent: *Non permanebit cadaver eius in ligno, sed eodem die sepelietur: quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam*. Quod si apud Iudaeos ita Crux odio habebatur, non minori illam Gentiles execratione reiciebant.

Refert Suidas Atheniensibus in more palatum, (quibus mundus sapientie palmae praeceteris deferebat) vt homini ex humanis meritis descendenti miseris obruto, opibus carissis, & illis mortuis, ignominia affecto, grauisimam praedictis & potredinis oppresso languoribus Cruce superimponerent: q. d. Ecce malorum omnium colleuius: ecce calamitatum miseriarumque receptaculum. Domestice nouimus quod mox D. August. & declarat eius Commentator, significans ex Plinio: quod dum Franci, conueniunt Romam perdituri & incensuri, consti miseriam occupare Capitolinum; hic etiam erat praecipuum Romanorum propugnaculum, nocte tenebras suo stratagemati concitauerunt; Romani canes alebant, quos vigilantes stauerant, quos solent illi somno indulgere patiori & attentiori, illa tamen nocte grauius obdormierunt: verum tamen Galli imperium facientes, dormientes eos abus, ceperunt aniles videri existentes ita fortiter exclamare vt cultores somno excitarent, & necessitate adhibita ferocissimis Gallis oppositis. Posthac nocte delectu tanquam, & animum diligenti, decursum emansum, vt in honorem anserum vnus conuertitur, & columellae imponeretur seu flecto, quod illum Deorum coctui aggregarent a quo in supplicium tantum, vnus sumeretur, & crucifigetur, atque in facti memoria quocumque tali mortis supplicio afficeretur. Vt videtur quod anseres non possent alius extolere, quam illos Dijs suis statere collaterales ita colliguntur: euentes tantum desid. a n, & suo modo illi nominia notare: nihil inueniuntur hinc conuenientius, quam illos probro Cruce suspensum, ita vt sicut altare Deorum, in quo collocabant anserem, ita erat honoris quam maximi, ita opprobrij nota esset vilissimi: crux quae canem puniebat. Insuper in his factis verbis illa Ciceronis quae tantopere ponderat Iulianus Firmian (quem D. Hieron. suo carissimo vt virum eloquentia discretissimum commendat) dicens quod in istis eloquentia Romanae haece verba sunt. *Cinem Romanum vnus super verberare scelus, interimere pro patriciano*. Quid igitur in cruce agere? q. d. Hoc non facile capiat cuius Romanum ad tantam decorem sui posse miseriam, quod si in hanc fortunam laboratur, non est quod vitra progrediarur. Nunc intelligo quam artificose, & prope eloquenter declarat Apostolus summam Christi Saluatoris humiliatiorem. Eius praesentis

1. Cor. 1. 23. **Crux** nihil maledicta. **Gal. 3. 13.** **Deus.** 21. 23. **Pro.** 10. 11. **In c. 3.** ad Gal. **Deut.** 21. 23.

alitudinem: *Quicum in forma Dei esset.* Deus erat, non rapina, sed natura, atque ex consuetudine, essentiam habebat qua nulla præclarior nec esse potest nec comprehendi. Humiliare se vidus & reipsa humiliavit, formamque accepit seculi: *Formam servi accepit.* An descendere potest inferius? Potest: nam & Angeli seculi, & non assumpsit formam, nec naturam Angelicam, sed inferioris: *In similitudinem hominum factus.* An gradus datur inferior? Datur: *Humiliatus est usque ad mortem.* Videtur hic gradus videri: *Cum omnium terribilium terribilissimam se mori.* An aliquid his datur profundius? Omnino: moxi etenim absolute, non est ignominia, sed omnium suprema est in cruce mori: *Mortem autem Crucis.* Descende ulterius: jam non est quo descendat inferius: sicut non est quo superius ascendant, quam ad formam Dei, sic non est quo descendat inferius quam ad mortem Crucis, ignominiosam Igitur ascendit: voluit exaltari Christus, regnumque obtinere, & nomen super omne nomen hereditare. Quid agit manu Crucis hanc apprehendit, illamque extollit: *Extollit signum in nationibus.* Inter omnes mutationes, inter illas ipsas, quæ crucem sic ut nihil amplius & aspernabantur, & abominabantur, sic extollit, ut altius non possit, ad dignitatem adeo sublimem, & tantæ gloriæ eminentiam ut Deus cum tota sua essentia, habere nequeat, de extremo ad aliud excellentiorem. Quocirca sic illum exaltat, ut modo fulgeat super Reges eorum coronis infesta splendidior, & super Cæsares de hostibus erumpunt hum ducentes illustriorem, nec non super Pontifices in apice Thiaratum locatum, super cæcos, super sidera, super Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres Angelos omnes, novemque choros beatorum spirituum, super B. Virginemque sibi parem non habet, eamque ita Deus sibi comparem statuit, reddiditque illustrem, ut eam velit adorari, atque eadem colli reverentia, & adoratione qua Deus ipse: illudque fiat non ex gratia quæ Cruci fiat à creaturis, sed ex eius debito dignitati.

Neminem credo latet quod S. docet Theologia tres esse species adorationis, quibus res sanctas & supremas omnium reveremur: *Dulce, Hyperdulce, & Latria.* Quæ ex earum nascuntur convenientia. Res excellentiam habent ex ea quam à Deo participat atque eo quod illi sunt vicinæ quia vero illi sancti sunt vicini, adorantur: *Adoratione Dulce,* hoc est super omnia naturalia: eorum etenim dignitas omnem illam excedit quam dare potest & habere natura. Quia vero

*Kirchen, Bap. d. Lanza, Tom. IV.*

inter omnes excellentissima est Virgo Maria, quia Deo magis vicina, & propter participationem dignitatis cuiusdam supremæ Deoque proximæ nempe quod Mater sit Dei, quæ in genere parentela; omnium suprema est, & sicut dicit D. Thom. infinita: honor illi tribuitur & adoratio præclarior, quam ceteris sanctis, quæ dicitur *Hyperdulcia.* Deo autem, Sancto sanctorum, sancto per essentiam, totius sanctitatis auctori, atque in sua essentia infinito &c. suprema exhibetur adoratio, quam dicimus Latria, qua illi ut omnium auctori corpus animamque submittimus. Ad hunc eminentiæ gradum Crucem extulit, ut eodem hoc cultu honoretur, eademque hæc adoratione adoretur, in quo Dux hic illustrissimus: *Fecit potentiam in brachio suo,* implevitque illud *Exechielis: Sicut quia ego Dominus, qui exaltavi lignum humile.* O quam exaltata fulget Crux, illam adorant, reverentur, eique prosteruntur, homines, Angeli, imo & ipsa Virgo Deipara.

§. 8. In gratitudinem quod Crux medium fuerit eminentissima Christi exaltationis, illam ipse Saluator ita exaltavit, ut ipsa sublimius etiam per absolutam Dei potentiam nequeat exaltari.

Non hoc egit Dominus nulla motus ratione: hæc etenim nobis in ipso verbo Evangelii: *Exaltavit* indicatur. Est Saluator noster si quis alius, à gratitudine commendabilis: sic ut etiam calicem aquæ celorum velit regno compensare. Et voce præcæcis promulgavit, quod in compensationem eius quod quilibet egerit: *Centuplum accipiet in hac vita, & in futuro vitam æternam.* Sicut Petro illam rependit confessionem: *Tu es Christus Fils. & Ecclesie suæ constituit caput: & Magdalene pariter synechonem soluit, quam idcirco toti mundo reddidit celeberrimam, ita ut nomen eius pari pede cum Evangelio Christianique nomine divulgaretur: *Ubi enimque predicatum fuerit Evangelium istud &c.* quia vel semel furcifer ille latro honorem eius defendit, promittit illi locum in regno suo digniorem. Quid Crux in gratiam Christi fecit? cum esset omnium creaturarum abiectionissima, medium tamen extitit, quo Christus super omnes extolletur creaturas. Ita testatur D. Paulus: *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis.* Quid inde hausit*

D d d d commodi

Luc. 12  
Eze. 6  
17. 14

1. 4

Philip.  
2. 8.